Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Delineatio pandectarum - Cod. Ettenheim-Münster 76

[S.l.], [18. Jahrh.]

Liber 24

urn:nbn:de:bsz:31-108646

Visual Library

Lib. 23. Q. 2. Quid si maritus prædium vel aliam rem dotalem immobilem absq; vel cum consensu uxoris alienasset, an eam stante matrimonio vindicare posset.? R. affirm. quia tum quia talis alienatio nulla fuit, tum etiam quia quando aliquis actum à jure prohibitum facit, qui utilitati ptr publicæ adversatur, t contra proprium factum venire potest l. 7. C. de agricol. et censit. at alienatio dotis, quæ destinatur ad uxorē et liberos alendos bono publico adversari videtur, ergo.

Q. 3. an ergo dos nunquā alienare possit.? R. affirm. 1mo si in rebus mobilibus consistat, quia de fundo tantum prohibitio facta est, l. 1. ff. h. t. 2do si necessitas alienationem exigat l. 1. C. h. t. 3tio si dos res dotalis etiā immobilis æstimata tradita sit, quia hæc æstimatio efficit maritum verū dominū, ita ut soluto matrimonio non rē ipsā, sed pretiū ejus restituere teneatur. l. 10 ff. de jure dotiū. 4to si mulier post biennium lapsum à tempore primi consensus iterum consenserit, quia lapsus tanti temporis cum repetito consensu excludit præsumptionē quod à marito falsis persuasionibus inducta sit, Novell. 61. c. 1. §. 1. 5to si mulier absq; dolo aut metu juraverit, se nolle revocare rē dotalē alienatā. c. 28. de jurejur. et c. 2. eodē t. in 6. 6to si pecunia ex venditione redacta conversa sit cū consensu uxoris in comparationem fundi utilioris l. 26. 27. ff. de jur. dot.

Q. 4. Num res dotales alienatæ à tertio usucapi possint.? R. affirm. si sint æstimatæ secus, si inæstimatæ tradita sint marito, earum enim rerum usucapio prohibita est, quarum prohibetur alienatio l. 16. ff. h. t.

Lib. 24.

Liber 24.

Tit. 1.

De donationibus inter virū et uxorē

Diximus in jur. Can. l. 4. t. 20. Donationem inter virum et uxorem non valere per ll. 1. 2. 3. ff h. tit. talem donationem prohibentes.
Cessat tamen haec prohibitio in nonnullis casibus 1.mo in fructibus l. 17 ff. h. aliisque accessionibus, ut sunt usurae d. l. 17. §. 2.do in iis quae donantem non reddunt pauperiorem, ut si repudiatio haereditatis vel legati fiat. l. 5 §. 13 et segg. ff. h. 3.tio si donatarius inde non redditur locupletior, Struv. h. Thes. 28. 4.to non prohibetur donatio mutua, reciproca ~~seu remuneratoria~~ quatenus est aequalis l. 32. §. 14. ff. h. 5.to neque donatio ad dignitatem marito adipiscendam l. 21. C. h. ~~ne~~ 6.to neque modica xenia, vel strena, Struv. thes. 29. 7.mo neque donatio remuneratoria, quando merita praecedentia sunt causa hujus remunerationis, l. 7. §. 2. ff. 8. neque donatio mortis causa l. 9. §. fin. ff. h.
Quod si tamen donatarius obierit ante donantem tunc donationis mortis causâ nullius est momenti l. 18. C. h. electa enim est donatarii persona, non haeredis.

Tit. 2.

De divortiis et repudiis.

De hac materia vid. § l. 4. t. 19. in Jur. Can.

Tit. 3.

Soluto matrimonio dos quemadmodum petatur.

Q. 1. Qua actione dos soluto matrimonio repetatur? R. actione ex stipulatu sive ea facta sit sive non? l. un. C. de rei uxor. act.

Lib. 24. Q. 2. Cui detur hæc actio? R. aliquando mulieri, vel ejus hæredi, si ad mulierem dos reverti debeat l. ult. C. h. aliquando patri, sive eam quæ ab eo profecta est sibi reddi sit stipulatus, sive non: imo et extraneo. Sed non aliter ~~quam~~ si stipulatus sit eam sibi restitui d. l. un. §. 13. Cæterū licet mortua filia dos profectitia redeat ad patrē ut dictū est et constat ex l. 4. C. h. nihilominus si liberi ex filia sint relicti, ~~fa-~~ ~~tius~~ æquius est, ut apud eos dos remaneat Scotan in exam. h. q. 5.

Q. 3. Annon cesset aliquando repetitio dotis soluto matrimonio? R. affirm. 1. ex pacto, l. 12 ff. de pact. dot. ~~2.~~ ~~si maritus qui non sit solvendo, nam non tenetur~~ ~~ultra quam facere potest~~ 2do si maritus qui gaudet beneficio competentia non sit solvendo q. 3tio si res perierit sine culpa mariti, l. 49. §. ult. ff. 4. si maritus non acceperit dotē, et per eum non stet quo minus accipiat, l. 52. ff. h. 5. si propter delictum uxoris bona publicentur. 6to si uxor adulteriū comiserit. l. 4. h. t.

q l. 12 et segq. ff. h.

Q. 4. Quid dicendum de fructib. ultimi anni, quo matrimoniū solvitur? R. pro rata parte anni dividentur inter maritum et repetentem dotem v. g. uxorem ejusve heredes, l. 7. §. 2. de jur. dot. Cæterū huc pertinentia vid. l. 4. ~~dec~~ tit 20 ~~de~~ in jur. Can.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST